

præfente catarrho & illo pure, si quærat^{ur} à me utrum fit phthifis, dico quòd est phthifis: fed non propriè vlcus pulmonis, fed est illa phthifis, de qua loquitur Auicenna in vltima parte capitis illius de phthifi: & dicit Auicenna esse quãdam speciem phthifis, quando catarrhus descendit à capite, & putrefcit in pulmone, ex quo arefcunt corpora, & confequuntur eadè fymptomata, quæ confequuntur exulcerationem pulmonis. Et fic est quædã phthifis hæc affectio, fed non propriè: & tales homines sæpe obueniunt nobis in cura, & credo etiam excellentias veftras fapiffimè tales habuiffe: & cafus ille propter què vocatus fui Taruiffum, erat ille ipfe cafus, & fimilis huic præcisè. Et notate hoc: Rariffimè curantur, & vt plurimum moriuntur, quia contabefcit cor & pulmo: & credo quòd ille iuuenis habeat malam intemperiem in pulmone, ex tanta putredine contractam. Ego tamen aliquos curauit: & ne hoc per arrogatiam dictū à me esse putetis, addam etiã hoc, quòd vbi vnū curauit, ibi ceterum fuerunt mortui.

Veficatoria

Aggredienda itaque in hoc cura, fed cum prognoficatione. Cum quibus? Exquifitis morbis exquisita remedia adhibenda funt: nõ curabitur remediis leuibus, fed validiffimis. Descendit catarrhus, catarrhum primò fifterem, factis tamen prius purgationibus, fi nõ factæ funt: & raderem totum caput, & veficatoria applicarem capiti, prius ex leuioribus, tandem etiam ad fortiora, vt ad cantharides deuenirem. Puto Excellen. V. meminiffe, quomodo matronæ cuidam nobili laboranti tali catarrho & phthifi, applicauimus etiam veficatoria ad caput, & natura fuppleuit id quòd nos non potuimus facere, & caput totum obductum fuit veficis & cruftis, & fanata est ab hoc catarrho, & adhuc viuit. Ideo in hoc adolescente etiam veficarem caput, donec fierent cruftæ. Poftea deuenirem ad exiccationem pectoris & pulmonis, & veficarem totum pectus: & tandem facerem cauteria circa vtrunque brachium, & fic vbique exhalaret materia, & ita definet putredo, & fiet diurefio materiæ illius. Vnde Galenus in phthifi vera, circa pectus præcipit cauteria, vt factis expurgetur. Sed hæc non poffunt fieri ante præparationem corporis. Primò igitur euacuarem corpus cum cafsia & agarico: non darè fcammioniũ & pillulas cocchias. Poftea ad expurgandum pectus ab illa materia, fingulis diebus darem oxymel cum melle rof. & fumat vna vice ad ʒ. ij. Paulus dabat ad expurgationem pectoris mellis ʒ. ij. vna vice his qui expuebant pus. Et ego potius mel rof. darem, quàm mel fimplex. Ad derem oxymel, propter penetrationem: dicit enim Mefue, & rectè, quòd facit penetrare medicinas ad partes, ad quas fortaffe non penetrarent. Et Galenus fepe admifcet fuis medicinis acetum. Ergò manè accipiat vnciam vnam & femis mellis rof. & ʒ. s. oxymellitidis, & fumat vna vice tantum. Item loco fyrupi acciperet magnam fcutellam iuris pulli manè, in quo iure effent decocta hordeum, liquiritia, & farfara, ad remittendam falfedinem & acredinem catarrhi. In reliquis parum confido, & credo quòd fi poterit curari (quòd tamen non polliceor) fic curabitur, fcilicet vt vefi-

etur caput, exiccetur pectus cum cauteriis, & fiant veficæ & cruftæ etiam.

CONSILIVM CLXXII.

De cura pleuritici.



IVVENIS quidam Nouocomenfis febri laborabat, cum magna anhelitus difficultate, tuffi vehementi, cum dolore infigni lateris pungituo, ægrè ex biennium etiam laborarat, ftatim fequentibus vti voluit.

R. Florum chamomillæ,
Meliloti,
Rosarum ana m. j.

Contundantur groffo modo, & in aqua decoquantur, pro fomentatione loci affecti cum fpongia. Item

R. Olei chamomillæ.
Sem. lini ana ʒ. j.
Rosati completi,
Anethini ana ʒ. ij.

Mifce cum modico ceræ: fiat linimentum poff fomentationem. Pro victu, panatella vtatur fine butyro, & fale. Vino penitus abftineat, ita vt non odoret. Bibat aquam hordei cum faccaro, qua os etiam fæpius abluat: & quæ exhibentur, dentur tepida. Vefperi deinde accipiat bolum:

R. Cafsiæ nouiter extractæ ʒ. x.
Pul. liquiritiæ,
Hyffopi ana ʒ. j.

Cum faccaro fiat bolus. Sequentè die venam aperire iuffit, & extrahi fanguinem ad ʒ. v. vel vj. donec mutaretur color, è bafilica finiftri lateris, vbi erat dolor, & ordinauit:

R. Syrup. violati ʒ. ij.
Penidiarum ʒ. j.
Syrupi de liquiritia ʒ. s.

Mifce pro lambituo. Item

R. Syrupi violati Mef.
De farfara ana ʒ. j.
Aquæ fcabiofæ,
Helenij ana ʒ. ij.

Mifce pro vno, & fic pro aliis. Hunc bis fumat in die, manè & vefperi, tribus horis aut quatuor ante cœnam. Inungat partes pectoris antè & retrò oleo amygdalarum dulcium, ita ne tangat regionem ventriculi. Sequentè die cum Montanus Venetias abiret, & Bellocatus vrinas ictericas tingentes, & ad nigredinem obfcuram accedere videret, & de doloribus æger plurimum quereret, vocatus est Frifimelica, quia iam desperatum propemodum dicebat. Iterum fanguinem mifit, & emplaftrum applicuit fuum: & cum feptima meliusculè haberet, illo fole leuatum effe prædicabat. Septima Montanus iterū acceffit, dolor & tuffis fele remiferunt, nec fanguinè, vt præcedentibus diebus, fed materiam concoctam expuebat. Vrinæ licet ictericæ adhuc tingebant, non tamen ita nigræ erât. Petebat æger carnes & vinum. Sed Montan. cõcedere nolebat. Et vt ad minimum ad vndecimū, vel decimum quartū diem in præfcripta diætâ perfeueraret, iuffit maioris fecuritatis caufa, dare panatellas tantum, & aquam coctam.

Empla-